



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

Negotiatio illicita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



N

NEGOTIATIO ILLICITA.

Remedia contra Negotiat. illicitam.

Leu. 19. 35.

Leu. 19. 35.
Deut. 25. 13.

1. Thess. 4. 6.

Deut. 25. 16.

Deut. 27. 17.
Prou. 11. 1.
Prou. 28. 10.

Ecc. 1. 17. 1.

Mich. 6. 10.

Prou. 11. 24.

Prou. 28. 22.
Ecc. 14. 4.
Iud. 33. 1.

PRIMUM Remedium. Considera, quid Spiritus sanctus de iniqua negotiatione, vel mercatura in diuinis litteris prodiderit. Ac primò quidem serio prohibet illam. Nolite, inquit in Leuitico, facere iniquum aliquid in iudicio, in regula in pondere & mensura Statera iusta, & aqua sint pondera, iustus modus aqua, & sextaria. Ego Dominus Dominus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. Et iterum. Quando vendas quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contrahes fratrem tuum. Et in Deuteronomio. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua mensura maior & minor. Et Apud Apostolum. Haec est, ait, voluntas Dei sanctificatio vestra, ut ne quis supergrediatur, neq. circumueniat in negotio fratrem suum. 2. docet ea grauiter offendi Deum. Ponderus habebis, inquit in Deuteronomio, iustum & verum, & modus aequalis & verus erit tibi, ut multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi: abominatur enim Dominus tuus eum, qui facit & auersatur omnem iniustitiam. Et rursus. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Et in Salomonis Prouerbis. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum, & pondus aequum voluntas eius. Et. Vir fidelis multum laudabitur, qui autem festinat ditari non erit innocens. Et apud Ecclesiasticum. Qui querit locupletari auertit culum suum. nempe à Deo, eiusque mandatis. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: Sic & inter medium venditionis & emptionis angustabitur peccatum. Et in Michæa. Ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor & plena. Nunquid iustificabo stateram iniquam, & sacelli pondera dolosa? Et ego ergo cept. percutere te perditione super peccatis tuis. 3. docet lucri iniqui cupidos non ditescere. Ut apud Salomonem. Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentis. Et rursus. Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat, quod egestas superueniet ei. Et apud Ecclesiasticum. Qui acernat ex animo suo iniuste, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Et in Isaiâ. Ve qui pradaris nonne & ipse pradalaberis: cum consummaueris depredationem, depredaberis.

II. REMEDIUM. Considera, quid S. Patres de negotiatione licita vel illicita scripserint. S. GREGORIUS Nazianzenus de laudibus B.

Naz. orat. in laudem Basil.

Basilii agens. *Nihil, inquit, grauius atque acerbius, quam crudelitas, cupiditasque inexplebilis eorum, qui rei frumentariæ copia circumstant. Observant enim temporum difficultates atque ex annonæ pœnuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt, nec illud audientes, cum qui pauperes commiseratur, Deo fenori dant. Nec rursum illud, cum qui frumentum abscondit, plebi execrabilem esse; nec denique quicquam aliud eorum quæ vel humanis & benignis hominibus pollicetur scriptura, vel duris & inhumanis cominatur. Verum immodica quadam cupiditate flagrant, maleque sibi consulunt, ut aliis sua, ita sibi ipsi Dei, cuius ope non multo magis se indigere sentiant, quam alii ipsorum auxilio egeant, viscera præcludentes, S. AMBROSIVS libro de officiis primo. Nonne vanum est, ut merca-*

Prou. 19. 17.

Eccli. 29. 1.

Prou. 11. 26.

tor mensibus ac diebus conficiat iter, quo aggerare possit thesauri aceruus, merces congerat, conturbetur ad pretium, ne forte minoris vendat, quam emerit, aucupetur locorum pretia, & subito aut latrones in se inuidia famose negotiationis excitet, aut non expectatis sepe noribus statibus, dum lucrum querit, naufragium impatiens moræ

Amb. c. 45.

incidat? B. CHRYSOSTOMVS de compunctione cordis. *Quid ve-*

Chryl. 1. lon- ge post med.

ro maris vsu & nauigandi utilitate loquar? per quam omnem pæne orbem, qui longè à semetipso distantur spatium, non solum sibi inuicem notum, sed socium quodammodo & communicabilem facit, ut unusquisque paruum in apud se possideat terræ cespitem per istud mercandi ministerium, quæsi totius mundi per omnia Dominus efficitur, & uniuersa terræ fructibus vititur. Et quid plura dicam? Uniuersus orbis efficitur tanquam mensa vna omnibus, nullo prohibente sumere, quod vbiq; est, sed parua sunt

hæc in misericordibus Dei. AUCUPOR operis imperfecti in Mattheum exponens verba illa. Et euiciebat vendentes & ementes de templo. Homo mercator,

Chryl. hom. 18. in Matth. 21.

inquit, vix aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proiciatur de Ecclesia Dei, dicente Propheeta. Quia non cognouit negotiationes, introibo in potentias Domini. Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine malis quo non potest esse: necesse est enim, ut & iste male loquatur de illo, & ille male loquatur de isto. Sic qui emit & vendit sine mendacio & periurio esse non potest: necesse est enim, ut de negotiatoribus huiusmodi, quia non tantum valet res, quantum comparat eam, & ille iuret, quia plus valet res quam vendit. Quia verò ex hac doctrina sequi videtur, multos non posse placere Deo, ut agricolas qui emunt boues & arant, ut segetes vendant & fabros lignarios ementes ligna, ut vendant vtenilia, imò nec Paulum Apostolum potuisse placere, qui fuit tutor tabernaculorum, ut ea venderet: Respondet hos non esse veros mercatores. *Quia namque enim, in-*

Psal. 70. 16.

quit, rem comparat, non ut ipsam rem integram & immaculatam vendat, sed ut opus factum ex ea, ille non est negotiator, quia qui materiam operanti sibi comparat, unde facta res, illenò rem ipsam vendit, sed magis artificium suum. Qui autem comparat rem va-

illam

Psal. 70. 16.

illam ipsam integram et immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo
 uicitur. S. AVG. in verba Psalmi. Quoniam non cognoui negotiationem. Nos
 legimus, *litteraturam*. *Quae sunt, inquit, istae negotiationes? Audiant negotiatio-*
es mutent vitam, & si fuerint, non sint; non cognoscant, quod fuerunt, obliuiscantur
postremo non approbent, non laudent, improbent, damnent, mutantur, si peccatum est
negotatio. Hinc enim auaritia nescio qua acquirendi negotiator, quando damnatum
seus fueris, blasphemias, & non erit in te quod dictum est (à Psalmista) tota die laus
tua. Quando autem pro precijs rerum, quas vendis non solum mentiris, verum etiam

Greg. hom. 24.

falsum iuras, quomodo in ore tuo tota die laus Dei? S. GREG. in Euangelia, Quo-
ri potest, cur Petrus, qui Piscator ante conuersionem fuit, post conuersionem ad piscationem
redii? Sed si virtus discretionis inspicitur, cito videtur, quia nimium negotium,
quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa
non fuit. Nam piscatorem Petrum, Mattheum verò telonearium scimus. Et post con-
uersionem suam ad piscationem Petrus rediit, Mattheus verò ad teloneum negotium non
resedit, quia aliud est victum per piscationem quarere, aliud autem teloneum lucris pecu-
niis augere. Sunt enim pluraque negotia, quae sine peccatis exhiberi, aut vix aut val-
de latenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est, vt post conuersionem
animus non recurrat.

Eccli. 26. 27.

Eccli. 3. 27.

Arist. c. 6.

14. q. 4. c. cano-
n. & c. nun-
quam. de conf.
dist. 5.

III. REM. Refuge quo ad fieri potest, negociandi, mercimoniam tra-
 standi artem & officium, tum ob presentissima pericula, mentendi, peccandi,
 & fraudes faciendi cum eo coniuncta, vt Patres monuerunt, & di-
 uina scriptura non tacuit, *Duae species inquit, difficiles & periculosa mihi appa-*
ruerunt, difficile exiit negotians à negligentia, & non iustificabitur campo à peccatis
labiorum. Delinquit autem negligentia mercator, cum vitia mercium suarum
 reticet, festos dies non obseruat, &c. *Qui autem amat periculum, ait Sapiens,*
peribit in illo. Tum quia omnis proprie dicta negotiatio etiam cum dictis
 vitia absunt, speciem quandam turpitudinis habet, auctore Aristotele in
 libro primo Politicorum, eo quod seruiat cupiditati lucri, quae nullum
 habet terminum. De ea enim negotiatione loquimur, qua vt Auctor oper.
 imperf. apud Chrysostr. monuit, aliquid emitur, vt profus non mutatum
 carius vendatur. Vnde & in sacris canonibus eiusmodi negotiatio vetita
 est Clericis Non autem vetita est ea negotiatio, qua aliquid ante em-
 ptum, postea industria vel labore suo mutatum diuendunt, nec enim
 tam rem emptam, quam artificium suum & laborem vendunt.

IV. REMED. Quod si negociandi officium refugere non potes, aut
 quia à parentibus cogeris, vel quia iam multo tempore id exercuisti.
 Constitue apud animum tuum te enumerata vitia, quae non negotiauo-
 nes, sed negotantium vitia sunt, & in quosuis opifices, qui non sunt mer-
 catores, dum res labore suo confectas vendunt, cadere possunt; euita-
 Deinde non immodico & iniquo lucro, sed quantum ad familiam ho-
 nestè

nestè sustentandam, ad pauperes iuandos, & Rempub. promouendam
 satis sit, vacaturum. Hoc antidotum suggestit Augustinus alicubi, dum Aug. in Pf. 70.
 ita ratiocinatur. Sed ait mihi negotiator. Ecce ego affero quidem ex longinquo merces
 ad ea loca, in quibus non sunt ea qua attulero, vnde viuam, tanquam mercedem laboris
 mei peto vt carius vendam, quam emerim. Vnde enim viuam cum scriptum sit, dignus
 est operarius mercede sua? sed agitur de mendacio, de periurio: hoc vitium meum est non
 negotiationis: neq. enim non si vellem, possem agere sine isto vitio. Non ergo culpam au-
 ctor ad negotium transfero, sed si mentior, ego mentior, non negotium. Possem enim di-
 cere: tanto emi, tanto vendam, si placet eme. Non enim istam veritatem audiens emptor
 repelleretur, & non omnes potius accederent? quia plus fidem, quam mercedem dilige-
 rent. Hoc ergo, inquit, me mone, ne mentiar, ne periurem, non vt abiciam negotium,
 vnde me transigo. Et mox addit. Quo enim vocas, quando hinc reuocas? forte ad ar-
 tem aliquam? Ero furor, calciamenta faciam hominibus, mendaces & ipsi non sunt?
 Periuri & ipsi non sunt? nonne locatis ab alio calciamentis, cum acceperint ab alio pre-
 tium dimittunt quod faciebant, & suscipiunt alteri facere, & fallunt cui promiserant
 cito se facturos? nonne sepe dicunt, hodie facio, hodie impleo? Deinde id ipsa futura
 tantas fraudes non faciunt? Faciunt ista, & dicunt ista, sed ipsi mali sunt, non ars
 quam profitentur. Omnes ergo artifices mali. Dum non timentes, vel pro lucro, vel pro
 timore damni aut egestatis mentiuntur, periurant. Et infra. Potest mihi hoc dicere ne-
 gotiator. Quare ergo Episcopo, quem admodum intelligas negotiationes, quas legisti in Pfal. 70. 16.
 psalterio, ne forte tu non intelligas, & me à negotiatione prohibeas. Mone ergo, quem ad-
 modum viuam. Si bene, bene mihi erit. Vnum tamen scio, quia si malus fuero, non ne-
 gotiatio mihi facit, sed iniquitas mea.

V. R E M E D. Considera, earum opum quæ iniqua negotiatione, per
 mendacia, fraudes, periuria, vsuras congestæ sunt infaustum esse pro-
 uentum vti non solum spiritus sanctus supra in scripturis admonuit, sed Chry. in Matt. hom. 3.
 etiam veteres Patres annotarunt, vt Chrysostomus in opere imperfecto.
 Talium, inquit, substantia, aut ipsi viuicibus peritura est, aut à malis heredibus
 dissipanda est, aut ad extraneos & inimicos hereditas ipsorum ventura est. Non potest
 ad bonum proficere, quod congregatur de malo. Que madmodum si triticum, aut aliam
 blandi speciem cernas in cribro, dum huc illucque iactas eum, grana omnia paulatim
 deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi steruus solum: sic & substantia
 negotiatorum, dum vadunt & veniunt inter emptionem & venditionem minuitur, & Amb. i. offic. c. 49.
 in nouissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum. Et B. A M B. An non conturba-
 tur etiam ille vanè, qui summo labore coaceruat, quod nesciat cui heredi relinquat?
 Sæpe quod auarus summa congefferit sollicitudine, præcipiti effusione dilapidat heres
 luxuriosus: & deū quæ sita turpis belluo, præsentium, cæcus, futuri improutusus, quadam
 absorbet voragine. Sæpe etiam speratus successor inuidiam parte acquirit hereditatis,
 & ceteri obitu extraneis a litæ successione transcribit compendia. Quod ergo vanè ar-
 nam texis, qua manis & sine fructu est, & tanquam casses suspendis inuiles diuitia-

Aug. serm. 215.

rum copias que & fruunt, nihil profunt, imò exeunt te imaginem Dei & induunt terrent imaginem. Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi? Eodem pertinet & illud B. AUG. in sermone de tempore. Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi & damnum. Lucrum in arca, damnum in conscientia.

1. Cor. 10. 31.

VI. REMED. est negotiationem ad maiorem gloriam Dei, qui præstantissimus omnium bonorum operum finis est, instituere, iuxta consilium Apostoli dicentis. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Est Ioannis Chrysostomi orationem Kalendis habitam in hæc verba concludentis. Si animum advertere voluerimus, siue emendum, siue vendendum sit, per omnem vitam spirituales hanc mercaturam faciemus: ut si tolerabili pretio nihil amplius requiramus: si difficultatem annonæ nequaquam obferuemus, & tum egentibus diuendamus. Maledictus enim, inquit ille, qui rei frumentariæ caritatem auget. Sed quid oportet singula percensere? Vno verbo omnia colligenda fuerant. Quemadmodum enim edificatores, cum murum extructuri sunt, amissum ab angulo ad angulum ducunt, atque à murum pertexunt, ut minima in æqualibus ora existat, sic & nos pro amissa verbum hoc adhibeamus. quod apud Apostolum est. Siue editis siue bibitis, seu quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Siue ergo precemur, siue ieiunemus, siue accusemus siue condemnemus: siue laudemus siue vituperemus, siue ingrediamur, siue exeamus, siue vendamus siue emamus, siue taceamus, siue disputemus, siue aliud quid faciamus, omnia ad gloriam Dei faciamus. Et si quid ad gloriam Dei non pertineat, illud ne que factio, ne que dictio à nobis usurpetur. Sed pro baculo magno, pro armis pro presidio, pro thesauris inexplicabilibus hoc dictum animo inscribentes nobiscum, quamcumque viam ingressi fuerimus, circumferamus: ut omnia ad gloriam Dei facientes, loquentes, suscipientes, tum hic, tum post huius vite peregrinationem gloriam ab eo consequamur. At enim, Gloria afficientes me, glorificabo. Non dictis ergo sed factis ipsis illum assidue gloria afficiamus, quia illum decet gloria ad omnem aternitatem. AMEN.

3. Reg. 1. 30.

Aug. in Psal. 103.

VII. REMED. est B. Augustini, ut quoties in mentem venit de illicito aliquo contractu ineundo, illicd cogitationem repellas, & abomineris. Exponens enim verba Dei in Genesi. Ipsa conteret caput tuum, & tu infidiaberis calcaneo eius. O Ecclesia, inquit, caput serpentis obserua. Quod est caput serpentis? prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem nescio quid illicitum: noli ibi tenere mentem tuam, noli consentire. Hoc quod venit in mentem, caput serpentis est: caput calca, & euades ceteros motus. Quid est caput calca? ipsam suggestionem contemne. Sed lucrum suggestit magnum ibi lucrum est, magnum ibi aurum est. Si hanc fraudem feceris, diues eris. Caput serpentis est, calca. Quid est, calca? contemne, quod suggestit. Sed magnum aurum suggestit. Et quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima autem sua decursum patiat? pereat mundi lucrum, ne fiat anime damnum. Hæc dicens obseruasti caput serpentis & calcasti. Ille autem diabolum calcaneum

Gen. 3. 15.

calcaneum tuum obseruat. Quid est obseruat calcaneum tuum? Quando labaris à via Dei tu obseruas primam suggestionem: ille obseruat lapsum tuum. Si enim lapsus fueris, cades: Si cecideris, possidebit.

VIDE V. Auaritia. Mendacium. Simonia. Vsuræ.



O

O B S T I N A T I O.

Remedia contra Obstinationem.

RIMVM Remedium. Considera Spiritus sancti oracula in scripturis. Primò enim dehortatur ab omni animi obstinatione, obduratione, & impoenitentia. Ut in Psal. *Hodie si* Psal. 94. 8.
voce[m] eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et Zacharia *Con-* Zach. 1. 4.
uertimini de vitis vestris malis. Et in Ezechiele. *Conuertimini, & agite penitentiam* Ezech. 18. 30.
ab omnibus iniquitatibus vestris. Et in Ieremia. *Lava à malitia cor tuum.* Et in Ier. 4. 14.
epistola ad Hebræos. Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. 2. declarat, Iob. 21. 13.
quam graue sit crimen obstinationis, & quam graui pœna dignum. Psal. 51. 9.
Ducunt in bonis dies suos, ait B. Iob, & in puncto ad inferna descendunt: qui dixerunt Psal. 57. 5.
Deo, recede à nobis, & scientiam viarum tuarum volumus. Et Propheta Dauid. Psal. 57. 5.
Qui gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? propterea Deus destruet te in fine.
Et Furor illis secundum similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surda & obturantis aures
suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, Deus
conteret dentes eorum in ore ipsorum. Et Salomon. *Impius cum venerit in profundum* Prou. 18. 5.
peccatorum contemnit. Et *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei* Prou. 29. 1.
superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Et Ecclesiasticus. *Cor durum* Eccli. 3. 27.
habebit malè in nouissimo. Et. *Tunde latera filij tui, dum infans est, ne forte induret, &* Eccli. 30. 12.
non credat tibi. Apud Isaiã obstinatorum verba sunt. *Percussimus fœdus cum* Isa. 18. 15.
morte, & cum inferno fecimus pactum. Et in Zacharia de iisdem. *Cor suum posue-* Zach. 7. 12.
runt vt adamantem, ne audirent legem, &c. Et facta est indignatio magna à Domino Exod. 4. 82.
exercituum. 3. de obduratione cordis præcipue sugillat Pharaonem, & fi- Exod. 10. 1.
lios Irahel. Pharaonem quidẽ in Exodo læpius. Ego, inquit Dominus, & seruoũ il- Exod. 14. 40.
lus, Et. Et indurabo cor eius, & persequetur vos. Filios Israel verò in eorũ maio- Gen. 49. 8.
ribus, primũ in l. Gen. Simeõ & Leui, vasa iniquitatis bellætia, &c. maledictus furor